




Dilecto Filio
Dominico Bartolucci

Tibi per has Litteras significamus Nos, in proximo Consistorio celebrando die XX mensis Novembris - pridie scilicet Sollemnitatem Domini Nostri Iesu Christi, Universorum Regis -, Te esse cooptaturos in Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium Collegium, ut peculiarem benevolentiam Nostram Tibi pandamus atque tua erga Ecclesiam promerita huius insignis dignitatis praemio decoremus necnon ministerio Nostro in bonum Ecclesiae Universae pressius associemus.

Scias interea quae Tibi per has Litteras significavimus omnino sub peculiari secreto pontificio esse, usque dum publici iuris fiant die XX huius mensis, hora duodecima meridiana Romae.

Apostolicam Benedictionem Tibi ex animo in Domino impertimus, propensae Nostrae voluntatis pignus.

Ex Aedibus Vaticanis, die XVIII mensis Octobris, anno MMX,
Pontificatus Nostri sexto.



Benedictus in N. N.